

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 7205

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Mont-Saint-Aignan, Mont-aux-Malades-lès-Rouen (prieuré)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1172-1178]

**Lieu d'émission :** Le Petit-Quevilly

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Concession aux lépreux du Mont-aux-Malades d'une foire à tenir en la première semaine de septembre.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Langlois Pierre (Abbé), *Histoire du prieuré du Mont-aux-Malades-lès-Rouen et correspondance du prieur de ce monastère avec saint Thomas de Cantorbéry (1120-1820)*, Rouen, Fleury, 1851, p. 399.
- b. Chevreux Paul, Vernier Jules-Joseph, *Les archives de Normandie et de la Seine-Inférieure*, état général des fonds, recueil de fac-similés d'écritures du XI<sup>e</sup> au XVIII<sup>e</sup> siècle accompagnés de transcriptions, Rouen, Lecerf, 1911, planche XXIV (fac-similé).
- c. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DXXIV, t. 2, p. 87-88.

## Dissertation critique

« 1172-1173 – 1178 » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, Recueil des actes de Henri II, t. 2, p. 87. Souscription de Gilles, évêque d'Évreux (1170-1179) ; Henri II a repassé de Normandie en Angleterre en juillet 1178 et restait en Angleterre jusqu'au milieu d'avril 1180.

Texte établi d'après c

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse in perpetuam elemosinam et presenti carta confirmasse pro salute regis H[enrici], avi mei, et domini patris mei G[aufridi], comitis Andegavorum, et M[athildis] imperatricis, matris mee, et pro salute mea et omnium antecessorum meorum, leprosis de Monte Infirmorum super Rothomagum feriam singulis annis in perpetuum habendam a primo die Septembri usque ad festum Sancte Marie in eodem mense, tali scilicet conditione, quod dimidietas proficui nobis succedat in usum, et alia dimidietas predictis infirmis. Et quicquid infra hos predictos dies ferie ad Rothomagum aut per terram aut per aquam venerit, quod consuetudinem debeat, nobis sit medietas, et alia infirmis. Et cum talibus consuetudinibus sit feria statuta, quales sunt juste consuetudines Rothomagi, salvis libertatibus civium Rothomagi. Concedo etiam et confirmo eis LX. libras et VI. solidos et

VIII. denarios Romesinorum, annuatim ad festum Sancti Michaelis habendos de vicecomitatu meo Rothomagi, et tria milia de eodem vicecomitatu in capite jejunii, et tres modios frumenti annuatim habendos ad festum Sancti Michaelis de molendinis meis Rothomagi, nominatim his qui in loco predicto voluerint religiose vivere. Preterea concedo eis et confirmo septies XX. acras terre in foresta de Leon[ibus], et totum Buielin, et terram de Calcio, que est inter Nointot et viam de valle que vadit inter Bolebec et Milevillam et se extendit usque ad lapides de Bolebec et usque ad Brunam Maram, et versus Milevillam usque ad vallem de Brilleio, et omnes elemosinas alias que eis rationabiliter date sunt in elemosinam. Quare volo et firmiter precipio quod predicti infirmi omnia hec predicta habeant et teneant bene et in pace, et libere et quiete et integre et honorifice, cum omnibus pertinentiis suis, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in stagnis et vivariis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad illa pertinentibus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis.

Testibus : R. archiepiscopo Rothomagensi, E. episcopo Ebroicensi, A. episcopo Lexoviensi, comite Willelmo de Mand[evilla], Hugone de Laci, Seher[o] de Quinci, Johanne de Soligni, Willelmo de Sancto Johanne, Roberto de Stut[evilla], Bernardo Cumin, Johanne Filio Luce.

Apud Chivilli.